








BIBLIOTECA NAZIONA
AL








BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
ALDINI
I
5
28
RACCOLTA NENCINI


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874

PAVLI ZANCHI
BERGOMATIS
IVRISCONSVLTI,

AD ILLVSTRISSIMVM
VENETIARVM SENATVM
PRO BERGOMATIBVS
CONGRATVLATIO.

IOVITAE RAPICII
BRIXIANI ORATIO,
IN FVNERE EIVSDEM
PAVLI ZANCHI HABITA.





VENETIIS,
M D LXI.

PAVLI ZANCHI

BERGOMATIS IVRISCONS.

AD INCLYTVM VENET. SENATVM

PRO BERGOMATIBVS GRATVLATIO.



OLENT Peregrini, ac multo etiam magis, naufragi, et captiui, ſi quando vel difficilis, atq; inſidioſi itineris pericula, vel longæ, ac proceloſę nauigationis mala, vel inſolentes victorū minas, teterrimum carceris pędorem, ferreas cuſtodum compedes, duriſsima excarnificantium verbera euaſerunt, vbi in portum, atq; ad ſuos tandem peruenere, non ſibi modo gaudere, ſed parentibus, ſed amicis, ſed dominis gratulari, quibus vel ſeruos, vel amicos, vel liberos fortuna ſeruauerit. Quod multo magis ſibi faciendum Ciuitas noſtra exiſtimauit, poſteaquàm tam fœdas ſæuientis fortunę tempeſtates, tot infandas latrocinantium manus, tam miſeram et diutinam ſeruitutem diuina ope, atq; admirabili veſtra defendendæ libertatis noſtræ conſtantia effugit. Et optabat illa quidem, non tam oratores mittere, quàm venire ipſa, et præſens huic Reipublicæ, (ſi fieri poſſet) vniuerſa gratulari. Quod quia non licuit, oratores elegit, ſi non ſublimitati veſtræ, certè quantum potuit deſyderio ſuo pares, vt vel hoc ſaltem pacto tota adeſſe, tota gratulari vobis videretur: dum nos illius vice quaſi fideles atq; obſequentes ſerui ad dominorum pedes proiecti, vel (vt vos libentius et auditis et dicitis) quaſi liberi in optimorum parentum complexus progreſsi, ex intimo profundi pectoris arcano gratulamur, vtinamq; ea eſſet facundia mihi, cui exprimendæ huius publicæ letitiæ noſtræ onus præcipuè incumbit, vt patriæ votis reſpondere, et quod in illius vobis fidiſsimæ ciuitatis cor-

dibus latet, id verbis ſatis poſſem aperire, Intelligeretis profectò nullam vnquàm ciuitatem, nullum populum, nullam omninò gentem, nominis et glorię veſtræ fuiſſe obſeruatiorem. Sed huc illud quoq; accedit incommodi, quòd hoc ipſum publicè gratulandi officium ab eloquentiſsimis aliarum ciuitatum oratoribus nuper ſuſceptum, et ſumma etiam cum laude abſolutum, actioni noſtræ oppletis iam auribus veſtris non parum gratiæ videri poteſt ademiſſe, Cęterum (quæ veſtra in primis eſt humanitas) eo me orationis temperamento vſurum, atque ita habiturum ſpero: Vt quemadmodum in prælijs, inter ingentes tubarum ſonitus tenuis etiam laconicæ tibiæ concentus, non nihil pugnantium animos accendere ſolebat: Ita oratio noſtra filo quamlibet exili deducta, inter ſolennes et accuratas tot exultantium populorum gratulationes, aliqua etiam cum voluptate audiri poſsit. Cùm igitur ipſe mecum paulò attentius veſtræ iſtius feliciſsimæ expeditionis euentum conſidero, tot pridem votis, tot precibus expetitum, luce ipſa clarius videre mihi videor, nullam eſſe mundi partem, nullum planè negocium humanum, quo ſe diuinæ prouidentiæ ſolers cura non ingerat, nullumq; eſſe temporis momentum, quo ſupremus ille rerum omnium opifex humano generi conſulere deſiſtat, Dicam equidem, nec timebo fore, vt exhauſtorum iam malorum memoratio diei huius lætitiam perturbet, cum plerunq; non ſine iucunditate quæ euaſimus pericula recenſere, et audire ſoleamus. Exarſerat neſcio quo facto, Chriſtianorum Principum miſerabilis ira aduerſus ſanctiſsimam iſtam Rempublicam veſtram, hoc eſt aduerſus ſalutis ſuæ propugnatores, aduerſus eos qui pro Chriſtiana Republica, nulla non incommoda tot iam ſeculis ſuſtinuere, Qui nullos non impetus tam ipſis pectoribus, quàm vallo ac mænibus excepere: Qui tot incendia cum reliquę Europæ, tum maximè Italiæ impendentia et vi opum, et ſingulari quadam ac prudenti diligentia reſtinxere, Atq; ita exar

ſerat

ſerat veſanus iſte furor, vt ſopiri poſſe nullo pacto videretur, niſi prius atrita at profligata veſtra iſta tam ſalubri, tam neceſſaria Chriſtianis omnibus potentia. tantisque opibus, tanto apparatu, tanto conſenſu, tam pertinaci odio, bellum erat conflatum. Vt mirum multis videatur, vos tantum animo potuiſſe præſumere, vt contra totius propè Europæ Principes ſtaretis, ſola cauſa ſuperiores, vos certè Deus, vos præſens illius ad reſiſtendum hortata eſt maieſtas, vt nihil timeretis, meminiſſetisq; eam eſſe cauſam veſtram, vt vexari quidem et affligi poſſetis, vinci non poſſetis, Bene, ſanè bene, ꝙ diuini oraculi fidem res ipſa comprobauit, Namq; aliquot præliis victi, bello tamen ipſo Veneti victores fuiſtis; Et nos mirabili quadā Dei Opt. Max. prouidentia hæc eueniſſe arbitramur, vt ſcilicet gloria veſtra latius diffunderetur, diſcerentq; Barbaræ nationes, eam eſſe Veneti Senatus prudentiam, eam authoritatem, eas vires, eas opes, quæ vos non minus bello inuictos, quàm pace claros reddant. Quis quæſo non videat, vel hoc vno bello omnes omnium Regum et populorum victorias, et gloriam longiſsimo interuallo prę ceſsiſſe ¿ Quæ enim vnquàm Reſpu. tot, tamq; inteſtinos hoſtes tam diu ſuſtinuit, ac ſuperauit. Nam vt Athenienſes, Thebanos, Lacedæmones (quos quidem vobis temerè comparere audent) omittamus. Romani illi toto terrarum orbe celebres, bello Punico ſecundo grauiter adeò vexati ſunt, vt de ſumma rerum propè actum ſit. Et pro pius periculo fuerint qui vicere. Fluxit Romano ſanguine purpureus Trebia, cruentis fluctibus Tranſimenus intumuit, vt Cannæ infelicis exercitus excidio funeſtatæ, ſola Romanæ cladis magnitudine memoriabiles. Et tamē cum vnico atq; externo hoſte res gerebatur. Vos vno tempore Germaniam, Galliam, Brittannos, Hiſpanos, et (quod pudet referre) Italiam ipſam ſimul pertuliſtis. Quodq; omnem penè fidem excedit, eos à quibus oppugnabamini defendere nunquam deſtitiſtis: Certabant illi, vt vos ſedibus veſtris eiicerent, vos interim iniuriam repellere contenti, et quoquo modo fieri poſſet, voſtra tueri, Imma-

ri, Immanissimum Maumetanę superstitionis Principem, sub defensionis vestræ prætextu Chistianorum iugulis inhiautem, incōparabili prudentia à focis, et aris atq; ab ipsorum hostium vestrorum pernicie arcebatis, Neq; vlla tanta in ferri vobis iniuria potuit, vt priuatæ vtilitatis gratia, aliqua ex parte Christianæ Reipub. tutelā abiiceretis, Itaq; non defuit vobis Christus Deus optimus, Cuius consilio pariter et exēplo, his qui vel per summum scelus, vel certè miserabilem errorem, in imperium vestrum cōspirauerant, prodesse perseueratis: Nāq; illo aspirāte tanta fuit armorū vis, tanta consilii vestri prudentia, tanta sociarum ciuitatum fides, vt non conspirantium modo impetus retuderit, et fatorum vim quandā euaserit, Sed famæ quoque, ac gloriæ non modicum prouentū fecerit, Est enim vel ipsis in calamitatibus aliquod emolumentum, atq; id quidem adeò magnum, vt dicere quidam consueuerint, se esse omnium miserimos, ꝙ nunq̄ miseri fuissent, Et nihil eo infelicius arbitrarentur, cui nihil aduersi vnquā contigisset, Atheniensium gloria longe minus splenderet, nisi immensam illam Persarum vim Græcia pertulisset: Ac ne Romana quidem virtus, adeò emicuisset, nisi Pœnorū vallo (vt poeta quidam ait) palatia essent obsessa, et muris salutem Roma defendisset, Deniq; diuina prouidentia, (vt paulò antè dicebā) res illuc deducta est, vt iam etiam illi ipsi qui aduersus vos olim conspirauerant, errorem suum pertesi, vestra ista victoria, et felicitate gaudeant: Agnoscunt enim sine vestra Repub. mancum ac mutilum fore Christianę religionis statū, et de vestra incolumitate totā Christiani nominis salutem pendere, et tranquillitatem. Itaq; qui vos vltro oderant, amant, et amari vicissim à vobis desyderant. Et quod alter inquit Poeta, forsam et has vēturus amor præmiserit iras, Habet igitur vt paucis absoluam quod vobis gratuletur, ac sibi gaudeat Christiana religio, Stat. n. adhuc stabitq; concussum hoc vestrum aduersus infidelium tremendos impetus antemurale. Et qui ante hac fidei propugnatores indefessi semp fuistis, posthac quoq; vestra prudentia, vestris viribus, vestra vigilātia,

pro

pro illa nullos labores,nullas erumnas,ſubire recuſabitis: Ac iam num,vel magnum aliquid pro cõmuni Chriſtianorum tranquillitate moliri,non fruſtra (vt opinor) auguramur. verum tamen in hac tanta tot regũ,tot principum, tot populorum, tot deniq; prouinciarum lætitia, longe magis Italiam hanc noſtram exultare decet, cui amiſſum decus vos ſoli reſtituiſtis,et auxiſtis, Iamq; omnes barbari Principes ita animo conceperant,nullum priſtinæ virtutis in Italia ſupereſſe veſtigium: Nec leui ſane coniectura eo ducebantur, Viderant Siciliam (Quis.n.prohibet hanc quoq; Italiæ aſcribere) ad primos Hiſpaniæ claſsis impetus ceſsiſſe. Viderant Brutios, Apuliam, Calabriam, Campaniam, Samniũ et Latium ipſum, fortiſsimas olim gentes, irruentibus prius Gallis,ac mox Hiſpanis prædæ, et ludibrio fuiſſe; Viderãt duros illos, et aſſuetos malo ligures,et Genuã Imperii veſtri quondam æmulam, quam fama iactabat indomita,quaſi fugitiuam aucillam affectatæ libertatis pœnas dediſſe; Mediolanũ, et vicinas vrbes, inuadentium libidini atq; auaritiæ primo ſtatim inſultu patuiſſe: Vicinos ditioni veſtræ Regulos,Barbaris miſerè adulantes infanda perpeſſos. Robuſtã,et laborioſam Aethruriam,tributariã,Atq; ipſam etiam Apoſtolicã ſedem vix ſua ſibi ſacerdotia defendentem. Vos ſoli Italica virtute,et inuicta animi magnitudine ſubnixi,aduerſus omnes Barbaras Europæ gentes ita ſtetiſtis,vt quicunq; veſter hoſtis eſſet,vellet,nollet,cedere cogeretur. et in diſpari contentione,melior tãdem cauſa ſuperaret,et quamuis innumerabiles copię,aduerſus vos armarentur, pro vobis tamen Iuſtitia ita pugnauit,virtus ita ſtetit intrepida,et tãta conſtantia geſtum eſt bellum,et defenſa libertas,vt Barbari illi ante hanc diem interriti, non minus veſtrũ militem expauerint, quàm imbelles Damę, et fugaces Cerui Leonum et Luporum rabiem, Et opimũ ſibi triumphum exiſtimarint,eos fugere,quos prius audaciſsimè inſectabantur, Ac nõ ſine ſuo graui periculo,et dedecore diſcerent,ſupereſſe adhuc Italiæ Venetos,veram ac generoſam gentis illius ſobolẽ, quæ (vt ait Lyricus) Cremato fortis

ab illo,

ab Ilio, Duris vt Ilex tonſa bipennibus. Nigræ feraci fron
dis in Algido. per dãna, per cœdes ab ipſo ducit opes a-
nimumq; ferro. Et profectò, ne ab ipſo Poeta recedamus.
Non Hydra ſecto corpore firmior vinci dolẽtem creuit
in Herculem, quàm veſtri ſubinde exercitus in Barbaros
ex inſperato inſurrexere. Gaudeat ergo, et in veſtra ſibi
gloria plaudat Italia atq; vltro iactet, Venetam adhuc ſi-
bi vrbem ſupereſſe, multiplici prærogatiua inter omnes
totius orbis terrarum ciuitates inſignẽ, ꝙ à Venetis, hoc
eſt à vera, et Italica nobilitate condita ſit, ꝙ ipſa ſibi ſan-
ctiſsimas leges ſanxerit, nullos niſi catholicos ritus aliun-
de ſuſcipiens, ꝙ aduenticium nunquàm dominum agno
uerit, ſed ſemper libera, virginis cognomentum meri-
to ſortita fuerit, non tantum quod Deiparæ Virginis
auſpiciis fundata dicatur et ſit, Sed meo quidem iudicio,
quòd nullius adhuc viri iuga ſubierit, intactaq; ac inuio-
lata libertate excellat. Maneat ſibi, maneat vetus hoc
cognomentum. omnium ſanè pulcherrimum, dum ac-
cedat illi et nouum, vt iam etiam Italici decoris re-
ſtitutrix dicatur, et conſeruatrix. Hanc igitur incly-
tam vrbem veſtram ſeruata Chriſti religio, ac re diui-
na Italia, ſed longe magis populi illi omnes, quos Vene-
tæ clementiæ regit Imperium, dignitatis, libertatis, ac
felicitatis ſuæ parentem appellant, et lætis atq; innumeris
certatim acclamationibus nobiſcum venerantur, Sed in
tam celebri plaudentium frequentia, audi quæſo Prin-
ceps Sereniſsime, audite obteſtor patres ampliſsimi, pe-
culiares quaſdam Pauli ac Bergomatum veſtrorum vo-
ces, quibus illam ipſam ſororem, illam matrem ſaluta-
mus; Atque in hac tam audaci piorum nominum vſur-
patione, agnoſcite & fidei noſtræ magnitudinem, &
munificentiæ veſtræ beneficium, Sororem appellauimus.
quòd Sanctiſsima iſta Reſpub. tantum fidei in atauis, in
auis, ac parentibus noſtris, ac mox in nobis ipſis abundè
perſpexit, vt inter tot ſubditorum milia, quorum om-
nium pace dictum ſit, ſolos Bergomates ciues ſuos ſingu
lari priuilegio eſſe voluerit. Matrem nominauimus, quòd
illa

illa sæpius Bergomum nostram filiæ nomine honestare dignata sit, Sed quas nunc vobis agam gratias? qui vt olim maiores nostros à Tyrannica seruitute vendicastis, & libertatis vestræ socios esse voluistis, ita proximè, quum nescio qua siderum malignitate miserimam in seruitutem reuocati, vel potius reiecti essemus, ac sponte quidem nostra sæpius excusso sęuissimæ tyrannidis iugo optatam in libertatē reclamaremus, quamuis longissimè distantes, vt cunq; fieri potuit manum ostendistis. Et cum iam tam crebro sub importabile iugum (quàmquàm re luctantes retracti essemus) vt ferri diutius misera seruitus non posset. Vos, non tam imperandi cupiditate, quàm calamitatis nostræ miseratione, quasi pro carissimis liberis asseruistis liberali causæ manū. Cumq; nos ca lamitatū profundior caligo occuparet, inter densissimas illas tenebras Veneti splendoris radius effulsit, Viamq; iam tutissimam ad pristinam libertatem ostendit, simul & muniuit, Quam ingressi, & nobis ipsis, & vestræ Reipubli. postliminio restituti, gaudemus, & mirum in mo dum gratulamur, non modo nos liberos, sed & felices existimantes, Et depulsa tandem septennali ista, non atro ci tantum. sed & rapacissima barbaricæ tempestatis hie me, ad semper vernantem indulgentiæ, ac liberalitatis Venetę temperiem adhuc anheli respiramus, Maximum hoc Dei munus, maximam libertatem, maximam felicitatem agnoscimus, & auidissimè amplectimur quòd nos illis seruire contingit, qui cunctos vobis subditos liberos esse semper voluistis, qui nihil non rectum, nihil non honestum admittitis, tantaq; sapientia cuncta administratis, Vt non vobis sed publicæ subiectorum vtilitati imperium gerere videamini. vestramq; non in barbaro, atque in freni milite, sed in ciuium beneuolen tia salutem collocetis, nec tam metui quàm amari studeatis. & ciues prudentia, & authoritate insignes quasi adiutores, & fratres amplectamini. Illorumque concordiam in primis concipere, parere, alere cōsueuistis: Tum

B si quid

ſi quid aliquando ortum fuerit diſſenſionis, id continuo tollitis, intelligentes hanc eſſe execrandam ciuitatum peſtem. Profectò Princeps Sapientiſsime, verum eſt quod Philoſophus quidam ait, Bonos principes, viua quædam in terris eſſe Dei ſimulacra. qui ſimul optimus eſt et potentiſsimus cui bonitas hoc præſtat, vt omnibus prodeſſe velit, potentia, vt quibus velit et poſsit. Hoc nos in vobis pridem, & nuper multo magis experti, cum è miſerima captiuitate educti, et priſtina libertate donati ſumus, Quid aliud à Deo Opt. Max. ardentius expectamus, quàm vt recuperatos Imperii veſtri fines ſumma quiete, ſumma pace poſsideatis: vtq́; optimi ſemper, ac potentiſsimi, quantum cupi is, tantum prodeſſe valeatis. Et nos quoniam haud leuibus experimentis agnoſcimus, nihil vtilius, nihil iucundius, nihil honeſtius nobis ac patriæ exoptari poſſe. Vt Veneta ſub munificentia, ac manſuetudine q̃ diutiſsime quieſcamus. Dixi.

IOVITAE RAPICII BRIXIANI ORATIO,

IN FVNERE PAVLI ZANCHI BERGOMATIS IVRISCON. HABITA.



ON obſcurè intelligo quantum in agendo difficultatis, & laboris ſim habiturus, qui poſt duos ſummos oratores inſtaurata iam tertium de more ciuitatis pompa funebri, in tanto conuentu hominum, & frequentia verba facturus ,pdeam, cùm præſertim difficillimas partes ab illis relictas, et quaſi quadam neceſsitate ad me delatas videam: ac ſi non incertamen,in comparationem certè iniquiſsimam trahar: non ob id ſolum, quod illi tum in cõtionibus, tum in foro quotidie dicendo ſummo conatu exerceantur, ego intra priuatos parietes ſermone familiari docens, ſi qua mihi dicendi facultas, aut natura inſcita, aut arte comparata eſt,totam planè comminuere neceſſe habeam. Sed quod illis ſuo arbitratu materiam deligere permiſſum eſt, in qua placere ſe poſſe maximè confiderent, mihi verò præſcriptum, ne quid aliud, quàm de cauſa, hoc eſt de Pauli Zanchi vita, & moribus dicerem,Qua in re illud me conſolatur,quòd, quæ veſtra eruditio eſt,ignorare non poteſtis, eos qui, vt illi fecerunt, de diuinis, & magnis rebus diſſerant ſatiſfacere audientibus facilius poſſe, quàm eum, qui de hominibus notam texat hiſtoriam.In illis enim omnes optimè actum putant, ſi quicq; vel exiguum nõ admodũ ineptè in medium afferas:Nam & tacita quędã religio quidpuis fingendi licentiam parit,& rerum ignotarum magnitudo admirationem facile excitat: quæ verò de mortalium vita ac moribus diſſeras,ea nemo eſt qui non ſeuerіſsimè excutiat,tum ſi talia ſint, quæ præſtare alii quoq;

poſsint, illa facile contemnat: ſin autem eorum qui audiũt viribus maiora fuerint, quicunq; his conſequendis ſe ſe pares non arbitrantur: falſa, ficta omnia exiſtimant, Atq; vt in picturis longe paratior venia eſt his, qui nuper agnoſci cęptas Atlantici maris inſulas pingunt; quàm his qui noſtrorum corporum ſimilitudinem effingere conantur: quòd illos nemo poteſt facile reprehẽdere: his verò nos acerrimos iudices exhibemus, nec ſi quid à ſingulis lineamentis, coloribusue aberrauerint, temerè ignoſcimus; ita illis qui hoc ipſo loco, atq; in hac ipſa funebri celebritate de rebus non modo à cauſa, ſed à ſenſu quoq; quam longiſsimè remotis diſputarunt; & venia paratior, & laus certior contigit, quàm mihi; qui optimi viri ingenium, & mores, rem vniuerſæ ciuitati notiſsimam exprimere aggredior: in qua ſi quid aut pecem, aut errem: omnes me ſtatim deprehenſum iure veſtro arguatis, Verum in hac ipſa difficultate, illud gratum, quod nemo eſt, qui in tanto onere vlla à me dicendi lenocinia exigat: cum videat nullum excellentius laudandi genus poſſe excogitari; quàm, ſi quis hominis vitam ex fide referat; quod ego me, qui Paulum familiariſsimè noueram, & dilexeram: non admodum incommodè facturum arbitror, Itaq; nõ inuitus viro tum de omnium hominũ genere, tum de patria benemeritæ vitæ teſtimonium nitar exhibere; neque verebor fore, vt pietas erga illum mea orationi fidem detrahat, tum quòd in re notiſsima nullus mendacio locus eſt relictus; tum quòd mores vobis meos adeò iam perſpectos eſſe confido, vt nemo non intelligat me ne viuentibus quidem adulari ſolere; tantum abeſt vt mortuo; & ſi quid tale ſentiret, deteſtaturo adulari nunc velim. Itaq; nihil eſt, quòd à me expectetis, vt trita illa laudantium via ingreſſus, quaſi ex præſcripto commemorem, quæ illi bona vel natura indiderit: vel fortuna contulerit; eaq; de vulgatis Rhetorũ præceptis in maius efferam: quãuis materia ſeſe vltro efferente id non feciſſe propè iniurium videatur. Nam vt de patria ſileam, quæ illi commu-

nis

nis nobiſcum fuit, quis veſtrum quæſo poſsit ignorare Zāchorum gentem antiquiſsimam, ac propemodum cum ipſa vrbe natam, nutritamq; ab hac regione, non nouerca, vt ita nunc loquar, ſed matre. cum id vel ex eo pateat, quòd hac vna nulla ferè vſquam numeroſior; vt in qua ducentos homines, atq; eo amplius, oēs iam puberes, & qui arma ferre poſsint, non difficile queas inuenire: atq; in his non paucos magnis, & animi, & corporis doti bus inſignes: vt interim maiores illorum omittā, quorum potentiam, ac dignitatem ſi velis repetere, longam texe re hiſtoriam oporteat, Sed nec illud quidem à me quiſquam requirat: vt præcipuam illam heroici corporis dignitatem, grauemque, ac temperatum inceſſum, & robur, tum naturæ dono illi inſitum, tum liberalibus exer citiis comparatum admirer; ac laudem, quamq̃ enim hæc vel ſola in alio quouis ſatis magnam laudationis partem implere poſſunt: Ego tamen in illo vix attingenda arbitror, Itaq; eos ſecutus, qui non ea ſolum bona, quæ exter na nuncupamus, ſed hæc quoq;, quæ ad corpus pertinēt; quia vel auferri poſſunt, vel impediri, noſtra non exiſtimant, & hęc quaſi ludentis naturæ munera, & illa quaſi in dulgentis fortunæ obſequia omittenda mihi eſſe iudicaui: libenterq; ad ea tranſeo, quæ Pauli ita propria fuere, vt nec fortuna conuellere, nec vis vlla labefactare potuerit. Nam quanto melius vnuſquiſq; in ſua, quàm in aliena veſte conſpicitur: tantò ego potiorem eam hominis commendationem ſemper exiſtimaui: quæ de propria virtute naſcitur: quàm quæ aliunde petitur: adeoq; mihi alienis non eſſe immorandum intelligo; vt ne ſumma quidem ingenia, his quæ illius ſunt propria, ſatisfacere poſſe cognoſcam: tantaq; rerum ſumma laude dignarum copia ſe ſe vltrò ingerit, vt vnde incipias, aut vbi deſinas difficile ſit inuenire: Verum quoniam dicturo mihi aliunde incipiendum eſt; vnde melius tantarum virtutum teſtimonium auſpicabor; quàm illinc, vnde ipſe quoq; tam honeſtæ vitæ initium cœpit: Septimum igitur ætatis agēs

annum

annum Marsilium patrem Iurisconsultum prudētem, hominem disertum, & ciuem bonum amisit, ac iam inde ab eo tempore ea pietate, quā in puero mirarere, matri obsequens, prima literarum rudimenta in patria didicit; mox & sua sponte, & amicorum suasu excitatus, literarū amore peregrinari, quàm literatus in patria quiescere maluit, Ductus igitur celebri fama Ioannis Oliuerii bene literati hominis ad eum venit; breuiq́ue tum suo labore, tum præceptoris diligentia eò progressus est: vt & carmen, & solutam orationem elegātissimè scriberet: diuq́; nomen illius apud condiscipulos celebre esset. Ego certè cum non ita multò post in eandem scholam venissem, nullius eorum qui ante me ibi didicissent, nomen frequentius audiebam: nullius exemplo sæpius vtebatur integerrimus ille senex: cum nos ad honesta artium studia subinde excitaret, cum verò esset vnus omnium ad agendum maximè idoneus: atq; à natura ipsa ad benefaciendum quamplurimis genitus: optimum, atq; ingenio suo cōueniens vitæ institutum delegit: paternamq́ue eloquentiam vel æquare, vel superare desiderans, ita ad discendū ius ciuile se contulit: vt nihil interim eorum omitteret; quæ ad summum oratorem pertinere existimaret. Quod igitur spectaculis, quod sermonibus, quod somno, & cōuiuiorum mora conteri solet; id ille tempus vel relegendis historiis, ac Rhetorum, & Philosophorum commētariis, vel poetis, atq; oratoribus ediscēdis ita insumebat. vt nemo purius, aut aptius, nemo dulciùs, aut ornatius loqueretur, Quid? quòd ad pronuntiandum ita fuit in eo tum vox magna, flexibilis, dulcis; ac deniq; vt res ferebat, nunc intenta, nunc remissa, tum modulatio aut grandis, atq; elata: aut iucūda dulciter, aut moderata leniter: totaq; arte cū his, qui tractarentur, affectibus consentiēs: Quàm porrò illi acre iudicium in omni genere scriptorū discutiendo. Nam vt ex oratoribus optimum quemque legerat: in hoc iucunditatem, in illo copiam, in alio vim, in alio simul omnia dignoscebat, contrà, quid ieiunū, atq;

aridum

aridum, quid tumidum, atque inflatum, quid ambiguũ, atque incertum esset, nemo facilius deprehendebat: de Poetis verò ita exactè iudicabat, vt non sententias solum, ac iuncturas, si quæ parum probabiles, sed ipsos quoq; literarum nexus, si qui insuaues essent, purgata, atque eruditissima aure deprehenderet, Illa verò longa lectione sibi notissima fecerat. quæ in poematum œconomia virtus, quæ in decore rerum, quid personæ cuiq; conueniret: quid in sensibus laudandum: quid in verbis, vbi copia probabilis, vbi modus. Atq; hæc quidem quæ maximis olim viris prima, ac sola fuere studia, illi grauioribus studiis occupato, animi fuere laxamenta, quod prudentissimi illius collegæ vt optimè intelligunt, ita libentissimè prædicant: mihi certè tum aliàs sæpissimè, tum hoc tempore affirmarunt, se nullum adhuc nouisse, cui vel iudicia, vel res, vel hypothecæ, vel testamenta, quæque testamentis accedunt, notiora essent, Nec vero eos tantũ iuris ciuilis partes, quæ quotidie in manibus sunt; sed illas quoque, quæ vix ab vllo vnquã leguntur, hunc vnum ita in promptu habuisse, vt aliud nihil toto vitæ tempore gesisse videretur: Quid mirum igitur, si quẽadmodum apes suauissimum quemque vernantis agriflorem depastæ, inimitabilem illum aërei mellis saporem conficiunt: ita hic ex pulcherimo tot disciplinarũ orbe inexhaustam illam, beatam, ac prope diuinam eloquẽtiam traxerat: qua cum vel suadere, vel dissuadere posset omnia: sanctissimè tamen semper vsus est, Verum quãdo in his vnde laus homini vera & certa contingit. non tam quæri oportet, quantum quisque didicerit; aut quomodo loquatur: q̃ quomodo viuat; videamus qualis illi in publico vita: qualis in publica administratione; qualis cum secum ipse secesserat: ac nisi quæuis eius vitæ pars publicæ disciplinæ seminarium apparuerit: non recuso, quin me omniũ qui vsquã sunt hominum vanissimum iudicetis. Primum igitur ille adeò sublimi, atque erecto animo semper fuit; vt non tam lucri, q̃ famæ, aut officii gratia causas susciperet

iudicabat enim eloquentiam pulcherrimum Deorũ immortalium munus nescio quo pacto pollui si aurum, ac non potius gloriam, atque officium sequeretur. Itaque bonas causas ab aliis propter clientum inopiam destitutas, sæpe suscepit, susceptas tanta diligentia, ac fide egit: vt rem suam agere videretur, Eos verò, quibus vel obstrictus beneficio, vel coniunctus beneuolentia, vel sanguine propinquus esset, tanta contentione, tanto animi ardore defendit: vt non rem, non dignitatem, non salutem suam defendere vehementius potuerit, Ac ne illo quidẽ, in dando consilio, vel maturiorem, vel magis fidum facile potuisses inuenire, itaque & si alium aliquẽ fortasse cliẽtum turba longior, & numerosior salutabat: neminem tamen aut honestior, aut amicior ordo sequebatur. cũque vt nunc sunt tempora, patronorum auaritiam cliẽtes plerunque execrentur: huius vnius liberalitatem nemo erat qui non extolleret, itaq; illum clientes, non quasi aliquem eorum quibus lingua in quæstu est, sed quasi patrem aduocabant: & quem olim viuentem venerabantur; nunc amissum summis laudibus, ac piis lachrymis prosequuntur, Denique talis fuit patronus: qualem inueniri nullum iam persuasum erat. Abstulit ille, abstulit ex hominum mentibus inueteratam illam opinionem. qua existimabatur nullum iam esse, qui pluris faceret fidem, atq; officiũ, quàm quęstum: ostenditq; exemplo suo adhuc inueniri, qui amicorum causas gratis agerent. Graui infamia Paule eloquentiam liberasti, fecistiq; vt quam iam penè omnes quasi quæstuariam, atq; inuidiosam oderant, eandem nunc quasi liberalem, atq; officiosam colendam putent, Age verò quanta illi in iure dicendo seueritas; quanta grauitas: quàm non odio, quàm non gratiæ obnoxia: quanta porrò in audiendo facilitate, quanta in disputando, atq; satisfaciendo diligentia, quanta in discernendo lenitate vsus est, Tum sicubi vel iudicium, vel decretum interponi oportuit, non ille gratiam, non metum, non spem quæstus vllius, sed iura, leges, atq; ęquitatem ante oculos

ſemper habuit. Si quando inſontes animaduertendum, nulli moderatio conſtantior, nulli ſeueritas immobilior; vt humanitatem tamen ſeueritatis illius comitem nemo non agnoſceret, Teſtis Nouaria, vbi ita præturam geſsit, vt vniuerſa illa ciuitas, quàmquàm in factiones diuiſa: illum quaſi Deum aliquẽ ſibi de cœlo miſſum veneraretur: atq; eiecto Lodouico Rege Galliarum à quo prætor fuerat deſtinatus; nihilominus à Maximiliano Sforcia peteret eũdem ſibi prætorem relinqui. Teſtis Brixia, vbi ius dixit aſſeſſor Aloyſii Icardi: qui tunc illi vrbi Maximiliani Cæſaris nomine præſidebat: quo tempore adeò amabilẽ, adeò venerandum ſe egregiæ illi ciuitati exhibuit, vt manus in cęlum vniuerſi tenderent, quod malis illis, & iniquis temporibus optimum, atque æquiſsimum iudicem Deorum immortalium munere eſſent conſecuti, ò amabilem virtus ſplendorem tuum, ò numen venerabile, quàm te etiã aliud agens omnibus manifeſtas, quam te hominum pectoribus inſinuas, Reſtituta eſt tandem Venetæ Reipublicæ Brixia: Quis mutato vrbis ſtatu, Iudicem quoque non mutandum exiſtimaſſet? At in illo tantum virtus potuit, vt tantæ illius ciuitatis precibus reuocatus, complexibus retentus, Andreæ Triuiſani præſsidis iuſſu coactus, in ea vrbe, in qua inter obſidionis, & famis mala integritatem ſuam omnibus notiſsimam reddiderat, mutata in melius fortuna ius diceret, ac viro illi ſapientiſsimo, ita ſe probaret; vt cum Petrus Triuiſanus Vicetinam præturam ſortitus eſſet, neminem alium agnato, & propè filio aptiorem legatum fore Andræas exiſtimarit; Paulumq; ꝑ amicitiæ iura obteſtatus compulerit; vt Petro in ea prætura legatus eſſe non recuſaret. Noſtis omnes quàm ſint Vicetini erecto animo acri iudicio, ſermone libero; & tamen illis quoq; ſe amabilem præſtitit: teſtimoniumq; non modo ſeueri, atq; integri iudicis, verum clementiſsimi etiã parentis ab ea ciuitate tulit, Sed quid ego externa teſtimonia adhuc requiro? quaſi non patria ipſa hæc eadem teſtari poſsit, quid enim aliud ædilitas qua nõ ſemel ſumma cum

ma cum laude functus est, Quid aliud Consulatus iustissimè gestus loquitur, quàm illum Sancti, atque incorrupti iudicis exemplar extitisse. Hinc euenit, vt si quando de litigatorum consensu ex tali, tantoq; isto Iurisconsultorũ collegio iudex esset deligendus, vix vnquàm vllus sit inuentus, qui illum in causa sua cognitorem recusarit, Quare, si libet, hinc iam transeamus, & quàm breuissimè fieri potest videamus, qualem se patriæ decurionem præstiterit: qua in re si velim quàm multa vtiliter, quàm multa honestè suaserit recensere: vereor, ne dies ipse me deficiat. Illo suadende patria ab hostili impetu defensa est quam diu licuit, illo suadente Venetæ Reipublicæ, de cuius salute nostram pendere sentimus, simul & profitemur q.dquid potuit adiumenti conferri per hæc bella collatũ est: Reuocate quæso qui adestis honestissimi decuriones in mentem, quæ duodecim proximis annis in consilio vestro sunt agitata, & facile intelligetis quot honestas sententias, ac ciuitati vtiles vel dixerit, vel approbarit. quot legationibus functus, patriæ mandata tanta prudentia, tãto animo exposuerit, vt nemo non admiraretur hominis diligentiam, & ingenii dexteritatem: qua factum est, vt fermè semper quod petebat impetrarit. Proximè certè cum de censibus formidabilis illa aduersus ciuitatem lis intenderetur, legatus ad Venetos missus tanta fide, tanta eloquentia patriæ causam ægit: vt nihil ab aduersariis posset excogitari, quod non esset ab illo confutatum: nihil ab eo qui eos defenderet inueniri, quod ille acri ingenio non occupasset, itaq; sine vlla mora tanto illo imminentis damni metu liberati estis; & nunc iam securi id totum Pauli manibus acceptum libenter refertis: Quid si reliquam illius vitam consideres, nonne tantus tibi statim apparebit, quantum vix vllum vnquam hæc ciuitas protulit? Quis enim imminentibus patriæ periculis vno illo vigilantior? Quis libertatem hanc in qua nunc Venetæ Reipublicæ beneficio feliciter, ac beatè viuimus, vel amauit ardentius, vel defendit fortius. Possum innumerabi-

libus

libus propè documentis oſtendere : neminem illo vno plus laboraſſe, vt hæc ipſa libertas vel quæſita defenderetur; vel amiſſa quæreretur: Sed paucis interim contenti erimus. Exortum erat iam bellum illud ingens, & totius penè Europæ atrox conſpiratio aduerſus Venetam Rem publicam. Iam magnus ille Reipub.exercitus ad Abduam fuſus: Iam hæc capta vrbs; iam oppreſſa libertas: at Pauli fides opprimi nunquàm potuit, quoties enim cunque aliquid ſpei vel procul oſtenſum eſt; ex bona, magnaque parte author ſemper fuit: vt ciuitas ad Venetos rediret. Factum eſt id ſæpius, quàm vt referri oporteat, & quàmquàm non ſatis feliciter, vtiliter tamen, Nam hinc et optima Reſpub. intelligebat, vos à quibus tantopere coleretur, dignos eſſe, pro quorum libertate vindicanda nullis impendiis parceretur: et hoſtis ſubinde admonebatur; non poſſe ſe diu his imperare, quorum facultates, & corpora, et ſi fortunæ beneficio in poteſtate habebat, animos tamen à ſe alienos cognoſceret, Tum vos quoq; magis, magiſque intendebabimi. vt quod fruſtra erat tam ſępe tentatum, id perſeuerantia aliquando veſtra obtineretis, At dicet aliquis : magnis periculis, magnis diſpendiis id tentatum fuiſſe. hoc dicant, hoc ſentiant, quicunque abiecto nimis, & humili animo ſunt. At Paulus meus prudenter dicere dolebat, nullum eſſe tantum impendium, nullum tantum periculum, quo vel modica ſpes libertatis emenda non eſſet. Veram Ciſalpinæ Galliæ libertatem eſſe, Venetis parere: & illorum prudentia gubernari; adeò euidentibus rationibus, adeò firmis argumentis colligebat; vt qui ducem rationem ſequi vellet, nihil poſſet contradicere, Magnum hoc boni ciuis teſtimonium, magna probatio; amare libertatem patriæ: et eam etiam propriæ ſalutis periculo petere: Hinc Herculem Thebani, hinc Armodium, & Ariſtogitonem Athenienſes, Brutum Romani miris laudibus extulerunt; miris honoribus immortalitati conſecrarunt. Quid credamus facturum fuiſſe illum, ſi in magna aliqua

 Repub,

Repub. natus esset, qui in tãm paupere patria tam pręclara virtutis suæ documenta præstiterit? Quòd si maneret consuetudo illa erigendarum his qui patriæ libertatem defendissent, statuarum, loco honestissimo, ac celeberimo Pauli effigies, aut ære ducta, ficta marmore viseretur, Verum quando mos ille abiit in dessuetudinem huius nos effigiem quàm fieri potest altissimè infigamus hominum mentibus; & è plurimis adhuc aliqua pietatis illius in patriam exempla referamus. Iam Brixia post triennium illud pro Gallis seruierat, ad Venetos defecerat; atq; illa ingenti cæde capta, ac direpta, honestissimi, sed infelicis conatus sui infandas illas pœnas, & tota Italia memoratas dederat; Vos autem propter parem erga Venetos fidem, pari quoq; supplicio destinati, Dei beneficio, et Iacobi Triultii opera, è manibus cruenti illius exercitus elapsi eratis, Sed non ideò deerant, qui prædam ex vestra calamitate peteret. Visum enim Barbaris et auaris hominibus quæstui futurum, si perduellionis ream declarassent ciuitatem, Nullo igitur ordine, nulla iuris forma habita inquisitio: Tribunal ingens, et ipso aspectu horibile in medio foro constitutum, vocata viritim tota ciuitas ad iudicium, tortores, & carnifices summendis pœnis, et hauriendo sanguini inhiantes tota vrbe circunuolabant: Insolita iudicii facies. Sedebant Franci aspectu truculento, et vocis sono horribiles: atq; (prohnefas) terribilior Italus. Tribunal ipsum armatis millitibus stipatum. Iam populus cõuenerat; Iam ille nescio quis Prætor alta, et horrenda voce tyrannos Venetos, rebellem, et læsæ maiestatis ream ciuitatem, quæ ad eos defecisset, pronuntiarat, iam fanda, atque infanda minabantur, ò triste spectaculum, et cuius etiam num animus meminisse horreat, męror in vultu omniũ, vbiq; suspiria, vbiq; lachrymæ stupor, et silentium, quale nunquam, quum omnes extrema omnia timeremus. Non tulit Paulus hanc patriæ suæ faciem: Sed vt erat magno, et prompto consilio optimum quemq; hortatur, vti

vti pulcherimum patriæ facinus, quod armis defendi non poterat, legum saltem peritia, atq; eloquentia defenderent. Agendas Deo gratias, ꝙ hi ipsi, qui prædam petebant, non armis, sed legum ad Iustitię prætextu ad rapinam se compararent; posse auaritiæ eorum moram obiici; liberam esse, ad regem prouocationem: qua manente, cum hostilis exercitus aliis occupationibus distringeretur, nihil esse metuendum, posse interim aliquid boni euenire. Quid multa? illius consilio vsi contradixistis: illius consilium ad Regem prouocastis: atq; ita primus ille impetus repressus est. Nec multò post Reipub. Venetæ beneficio exactis Italiæ hostibus, tota illa quæ immi nere videbatur disiecta calamitas est, Verum vt nostis, non diu mansit illa felicitas: nam qui pulsis Gallis libertatem, ac quietem inuenisse nos existimabamus: haud ita multò post, iniqua nescio qua votis nostris aduersante fortuna. Maximiliano Cęsari seruire coacti sumus: statimque ciuitati tributum ingens, et quantum nunquam aliàs imperatum est. Quod cum Spugius nescio quis auidius, atq; accerbius, quàm par erat, ab egenis, & reluctantibus exigeret. non iniusta in barbarum, et auarum hominem populi indignatio excitata est. Neq; ea res Venetum militem latere potuit. Itaq; ex eo præsidio trecenti pedites statim immissi, qui miserorum dolori succurrerent, vrbem, nullo repugnante, adeò repente occuparunt. vt Spugius vix se se cum suis in arcem recipere potuerit. Quid multa expugnata est arx: captus et abductus cum pecunia barbarus. Vrbs interim sine vllo præsidio relicta à Syluio Sabello & ingenti transabduanorum oro biorum manu obsessa. Verum is impetus vestra magis indignatione, et constantia, quàm vllo bellico apparatu repressus est. cùm autem nuntiatum esset aduentare è Cæsarianis castris Aloysium Icardum, & Antonium Leuam cum quinq; milibus peditum, et his machinis, quibus iam Pontiuicum expugnauerant, repente omnium animi ab ira ad timorem conuersi, nullæ erant ad

vrbem

vrbem defendendam machinæ : nulla ſpes ſubſidii , & aquis iam interceptis victus populo iamiam defecturus videbatur. Vos ancipiti cura anxii , quòd neq; perditiſſimis illis latronibus , qui villas, et vicos veſtros ferro , et igne vaſtauerant : qui vectibus, ac ſecuribus armati rebus vrbanis diripendis inhiabant:& ceruicibus veſtris ſeruitutem minabantur , ſupplicandum putabatis . neq; ad Icardum,et Leuam ſine magno , et præſenti periculo mittere quemquam poteratis: diu quæſiuiſtis et quis cum mandatis veſtris ire ad illos auderet; neque in ſuppremo illo rerum omnium, et publicæ ſalutis diſcrimine facile erat quemquam inuenire : qui miſerę ac ſollicitæ ciuitati operam ſuam in tam periculoſo negotio exhiberet . ibi ille ſalutem patrię , ſaluti ſuæ anteponere nihil dubitauit ; et inter infeſtiſsima illa caſtra , inter loca latronibus obſeſſa, cum mandatis veſtris ad Aloyſium , et Antoninum venit : cauſamq; veſtram tanta fide, atque induſtria egit : vt Barbari homines illius oratione ducti vltrò ad vos ſcripſerint ; ſe honori , ac commodis veſtris non defuturos. et mox iratum vobis Raymundum Cardonam Cæſaris Legatum ita placauerint ; vt imminentis periculi metu , et teterimæ obſidionis incommodo Pauli fides , et eloquentia liberaſſe vos meritò videri debeat : Eadem illa fortuna , quæ ſuperioribus annis Venetæ Reip. tam iniuſtè , ac pertinaciter obſtiterat , Sapientiſsimi illius Senatus conſilium rurſus eluſerat . Id fuiſſe prædicabant : vt Laurentius Ceretanus , qui eius Reip. nomine Cremam præſidio tenebat : hoſtem huc pelliceret : Bartholomeus Liuianus , qui tunc in agro Patauino erat : magnis itineribus huc contenderet : mox ſociatus viribus manum cum hoſte conſererent. Victoriam pollicebatur hoſtium paucitas , amica Venetis regio , numeroſior , ac firmior exercitus . recuperata eſt vrbs à Laurentio , inductum magnum , ac validum præſidium : nec hoſtis cunctatus eſt , ſed vel ereptæ vrbis dolore ſuccenſus , vel prædæ cupiditate incitatus , ad nos obſidendos venit , Laurentio,

et ciui-

et ciuitati sustinere omnia certum erat, donec Liuianus adueniret. Quid non fecit Paulus eo tempore pro patriæ libertate, pro ciuium suorum salute defendenda? omnes noctes in somnes, omnes dies sollicitos duxit: prouidendi nequid Laurentio, nequid Veneto militi deesset curam suscepit, Laborem propè incredibilem pertulit, verum hoc illi cum aliis multis bonis, et Reip. amantibus viris commune fuit. Illud ipsius præcipuum, quod nunc dicam. Iamq; hostilibus machinis muri ita disiecti erant, vt latissimus hosti pateret aditus. Iam Laurentius omnem de Liuiani aduentu spem deposuerat; quippe qui interclusum illi iter à Germanorum repentina, et inexpectata manu intellexerat: ac propterea cum Raymundo pactus erat: vt sibi, ac suis in Cremensem agrum tutus esset regressus, vrbs ipsa sine vllo præsidio, sine vlla humani auxilii spe hostibus in prædam relicta: tum repente rumor exortus ingressurum exercitum ad rapinas, ad cædes, atq; incendia: ac fore, vt nullus sexus, nulla ętas tuta esset, Iam vnusquisq; maiora sibi omnia fingebat, et quæ ipse finxerat, turpiter metuebat: nec vulgus solum, sed hi quoq; ad quos in primis Reip. cura pertinebat certatim fugerant: tantusq; vniuersos pauor inuaserat, vt ad sua quisq; conuersi publicæ salutis obliuiscerentur, Ibi ille pietatis suæ in patriam memor, quamplurimos potest conuocat, suadet vti ne desperent, quando humanis auxiliis nullus relictus sit locus, opem à Deo petant: Docet efficaci ratione, et exemplis, quorum illi ingens copia suppetebat: vix posse fieri, vt multorum preces non audiantur. Quid multa? illo suadente susceptum est publicè votum ingens, preces omnibus templis ad Deum fusæ. mox ventum cum hoste in colloquium; ac statim terribilis ille rumor euanuit, atq; omnia minora quàm timebantur apparuere. Ingressus est hostis adeò mitis, vt ne stilla quidem humani sanguinis effusa sit, Maluit enim Raymundus pecuniam vndiq; corradere, quàm sanguinem

effunde

effundere, Quid plura? Pauli beneficium est, quòd perduellionis pœnas effugistis: quòd liberos vestros, quòd vxores in vestra potestate habetis: quòd ædes vestras, ꝙ Dei immortalis templa, quòd deniq; patriam ipsam non direptam, non incensam videtis, Verum ne quasi promissi nostri immemores longius quàm par est, progredi videamur, quoniam qualis publicè fuerit propemodum diximus: iam qualem in domestica re administrationem præstiterit, consideremus. Neq; enim magni refert foris speciosum esse, si domi, atq; introrsus turpis sis. Matrem tanta pietate coluit; vt non modo quæ ad uictum, et cultum necessaria erant, liberaliter illi suggesserit, sed cum esset prudentissimus, semper eam in consilium in his, quæ ad rei familiaris curam pertinebant, assumeret, Sorores adeò dilexit, vt eas iam honestissimè locatas omnibus fraternæ pietatis officiis semper sit prosecutus. Vxorem ita dilexit, vt sine vlla querela, cum ea annos xxvi. vixerit: liberos ex ea xi. susceperit: in hac quoque re boni et mariti, et ciuis officio functus. Quid verò referam quanta cura liberos educarit? quibus moribus instituerit, quibus literis imbuerit, liquidò adiurare possum per tot annos, quibus mihi vel priuatim, vel publicè docendi cura incubuit, nullum adhuc me patrem nouisse, in instituendis filiis diligentiorem. Adeò enim dissimilis erat his, qui nihil minus, quàm filios curant, vt cum maxima occupationum mole præmeretur, nunquàm tamen instituere liberos intermitteret. Me verò, quem præceptorem illis destinerat, ita diligebat: vt vetera beneficia nouis subinde cumularet, et cum ego illi deberem omnia: ille contrà, se mihi nihil non debere prædicabat. Tantum igitur potuit illius cura, vt Marsilius, qui natu maximus est, quàmquàm non satis constanti valetudine, eò prouectus sit, vt et solutam orationem, et carmen elegantissimè scriberet, Petrus verò eò progressus est, vt iam poemata cõposuerit, quæ et Venetæ, & Romanæ vrbis iudicio cõprobata, olim quacũq; se latina fun-

Nunc Basilius.

dit

dit eloquentia, cum ſumma authoris, et patrię laude circũferentur. Scripſit et Grãmaticos cõmẽtarios de his, quę Epitheta, ſiue appoſita nũcupamus; ex electis Poetis tanta, ac tam profunda eruditione; vt mihi mirũ ſubeat, quomodò, vel legere, vel ſcribere tam multa penè adhuc puer potuerit, Tãti porrò iudicii eſt, vt cum de ſummorum hominum ſcriptis iudicat, ne doctiſsimi quidem illi queant iure contradicere. Pamphilus et Iulius tantuli adhuc pueri, latine iam citra vicium, et ſcribunt et loquuntur: tum præmatura quadam modeſtia ita præditi ſunt: vt optimi patris filios ſtatim intelligas: illamq; ipſam modeſtiam paternis fontibus ortam fatearis, atq; hac quoque parte illum ſumma laude dignum iudices: qui ciuibus ſuis tam bene inſtituendorum liberorum exemplum præſtiterit. Sed age iam qualis illi ſui ipſius cognitio, et cura fuerit breuiter indicemus. Primum igitur quæ credi religio iubet, adeò conſtanter credidit, vt indignaretur, ſi quando, qui ad populum de rebus diuinis, atq; humanis moribus, de ritu religionis noſtræ verba faciunt: creditas in eccleſia propoſitiones ad inutiles vitæ diſputationes traherent: cum diceret fidem ſemel acceptam certa, & fida animi conſtantia ſeruandam; nec eorum qui ſe Philoſophos credi volunt, cum nihil minus ſint, cauillatoriis captiunculis in dubium vocandam. Illud etiam ſepiſsimè dicebat, vnumquemq; in rebus diuinis tantum intelligere, quantum crederet; mentem diuinitus illuſtratam. qua vna crederemus, non ſenſu tantum, atque opinione, ſed ratione, & ipſo diſcurſu eſſe ſuperiorem, ſolamq; fidem ad diuina myſteria percipienda aditum patefacere, Diuina verò oracula adeò memoriter tenebat, vt qui de his loquentem audiuiſſet exiſtimaret eum tota vita in his occupatum fuiſſe, cum eſſet autem in abdito vnus omnium Chriſtianæ pietatis obſeruãdiſsimus, nulla tamen eius rei foris oſtentatio, nulla in vultu triſtitia: Sed affabilitas mira. & hilaris comitas, qua omne hominum genus ad ſe amandum allexerat, Teſtis

Nunc Ioan. Chryſoſtomus & Dyoniſius.

Venetia. Testis Cisalpina Gallia; Testis & ipsa Roma: vbi non Princeps tantum quadam erga illos obseruantia sibi conciliauerat: Sed literatissimum etiam quemq; tum studiorum similitudine, tum admirabili ista comitate ita sibi deuinxerat: vt ex his nemo non illum quasi fratrem diligeret, Quid dicam, quòd nulla illi vnq̃, aut tanta prosperitas, aut tanta calamitas, quæ hominem à diuino cultu amoueret? Vrget me tempus; nec possum tamen in illo fidei, ac pietatis reticere exemplum. Obsidebatur Brixia, vbi ille erat Aloysii Icardi legatus, & horrenda illa tormẽtorum tonitrua totam ciuitatem ita exanimauerant: vt iam nemo quid consilii capiendũ esset satis intelligeret, At ille plenus bonæ spei, plenus honesti gaudii, cum Deo loquebatur; Deo gratias agebat, ꝙ eiectis Barbaris patriam tandem liberatam intellexerat: ꝙ Brixiam in ditionem Venetæ Reip. quasi in gremium parentis sanctissimæ redituram propediem videbat, Atq; ò pia sanctissimi viri securitas: per eos dies laudes Diuæ Barbaræ stylo ecclesiastico, atque adeò eleganti metro composuit; vt qui legerit non existimet tela inter martia, non inter illos obsidionis terrores, sed inter amena Musarum vireta, atq; adeò in longa, & secura pace opus esse conscriptum? Quis autem vllo vno ab inferenda iniuria magis alienus; Quis illatam æquiori animo tulit? quis cum fortuna aduersa, vel fortius, vel felicius pugnauit. Fortunæ inuidia in Astensem agrum relegatus est; quasi aliquid aduersus Regem Galliarum molitus esset; Innocentiam suam ita probauit: virtutem ita ostendit; vt qui iniquorum hominum delationibus relegatus fuerat: Senatus Regii iudicio, & Ludouici Regis beneficio Nouariensis prætor crearetur: Eadem illa fortunæ aduersantis iniquitate Brixiam captiuus ad Hispanos venit, Sed nec inter Barbaros delitescere tanta virtus potuit, Aloysius Icardus vir acris ingenii, & magni iudicii, Qui et Brixiæ, et Bergomo Cæsaris nomine præsidebat: agnita hominis

excellenti

excellenti virtute, quem captiuum venire ad ſe iuſſerat: eundem ſibi aſſeſſorem eſſe voluit; et ciuilium cauſarum cognitioni præfecit. Agnouit ſuum fortuna errorem: et quaſi iniuſtè facti pœnitentiam ageret, pugnare aduerſus eum qui tam fortiter repugnaret, aliquando deſtitit: & tantæ virtuti ſe comitem tandem adiecit, Vixit ille poſteà cum Andræa, & Petro Triuiſanis tum Brixiæ tum vicetiæ in ſummo honore, Reuerſus in patriam ex illa, cuius paulo ante feci mentionem, ad Venetos legatione ſummam laudem retulit. Verum vt aduerſa illum Fortuna non deiecerat, ita nec blandiens quidem extulit; minimum ingenio, minimum virtuti ſuæ tribuebat: quidquid paulò proſperius contingeret, id totum Deo immortali acceptum referebat, Itaq; quamuis iam tantus eſſet, quantus vix alius quiſpiam in tota ciuitate, nihil tamen de prſtina illius humanitate potuerat fortuna mutare: ita omnis amicos etiam inferioris notæ comiter alloquebatur; ita vel æquales, vel ſuperiores colebat; ita omnibus erat iucundus. Deniq; cum nullum pii operis genus intermitteret; nihil penitus humanæ laudis inde expectebat, vt vel eius vnius exemplo veriſsimum eſſe intelligeres, vnumquemq; tantò laude eſſe digniorem, quanto minus laudem deſideret, illuc enim animum intenderat, vt Deo acceptabiles bonorum operum hoſtias offerret, Nullam autem Deo gratiorem hoſtiam dicere ſolebat, quàm honeſtæ vitæ munia. At ille quidem ſanctiſsimum hoc propoſitum ad extremas vſq; vitæ metas conſtantiſsimè tenuit. De qua quoniam tam pacienter ſatis multa iam audiſtis, vos oro, atq; obteſtor, vt eadem patientia de eius obitu pauca audiatis: quæ vel ipſe pridem noueram: vel proximè didici ex literis Iuliani patruelis mei, qui et ęgrotanti, & morienti ſemper aſſedit. Peruenerat iam ad annum vitæ quadrageſimum octauum. cum vt erat pius, memor ſuſcepti olim voti. Deiparæ virginis templum in Laureto poſitum viſere inſtituit: et cum id votum liberaliter ſoluiſſet, non lon-

go illinc itinere Romam venit, atq; ibi aliquot diebus moratus. Petrum filium, quem secum adduxerat, apud Augustinum Triulcium Romanæ ecclesiæ Cardinalem reliquit: ipse per Hetruriam in patriam reuersus, anni tempestate frigida niuali, & ventoso die, Apenini transitu. dum propter ascendendi, et descendendi periculum relicto equo pedibus iter facere compellitur: labore insueto, & lassitudine confectus in febrim incidit; illam quidem adeò tenuem, vt Bononienses medicos, quorum fidei se commiserat, falleret, affirmarentq; nihil esse in morbo periculi. Verum is vbi cœca illa ægritudine se paulatim tabescere, remediaq; adhiberentur nihil prodesse intelligit; conuocatos ad se medicos orat, vt de summa valetudinis intrepidè respondeant: ostendit magni sua interesse; primo quoq; tempore intelligere, quid de se iudicent; si quid spei sit, nullis impendiis parcant; si desperent, velle se alacriter in Domino quiescere, cum illi nihilo secius sperare hominem iuberent, ipse vel coniecturis quibusdam, vel (quod magis credo) interna aliqua inspiratione admonitus, vitæ finem instare intelligeret: sacerdotem acciri iubet, occultorum exhomologesim quanta fieri potest, diligentia conficit, cum sacrificio interfuisset, non sine maximis piæ mentis indiciis Christianæ religionis viatico se instruxit tum verò lætiori iam vultu visentes cœpit admittere; & salutantium dexteras arctius stringere: salutabant autem eum nobilissimi aliquot scholastici, & ex magna illa ciuitate optimus quisq;, ac doctissimus; quibus ille non tantum notus, sed & charissimus erat. Vbi multos conuenisse, atq; astare iam tristes videt: leni, ac docto sermone hortatur: vti ne sui gratia vllo mœrore se macerent: bono, atque hilari animo sint, sibi nihil mali contigisse, instare suum vnicuiq; diem, nec quandiu, sed quomodò vnusquisque vixerit referre: quam mortem homines appellant, non tam mortem esse, quàm transitum ad aliud vitæ genus: neq; tam formidabilem, quàm expectandam, tum è sa-

crarum

crarum literarum testimoniis addit parata esse his, qui bene vixerint, præmia: sperare sibi quoq; beneficio IESV CHRISTI, quem semper religiosè coluisset, ad vitam, atq; ad gloriam patere aditum: quòd ad res domesticas attineret, non defuturos liberis, qui eas administrarent, Dimisso eo cœtu, non ita multò post, vocat ad se Cæsarium Zanchum religiosum virum, & è suis, qui ibi erant, notissimum, et charissimum quemq;, qui testamento interessent: filios hæredes instituit: hæreditatis administrationem viris quibusdam optimis, matrique, & vxori committit: Liberos agnatis, atq; amicis omnibus cõmendat, tum ad Iulianum patruelem meum conuersus, scribe inquit, ad Iouitam nostrum, & Pauli morientis nomine Pamphilum ac Iulium illi commenda, vt qua fide, ac diligentia Marsilium, ac Petrum olim instituit, eadem hos quoq; educet: mox Petrum Brixianum Iuris Pontificii studiosum arcto sibi affinitatis vinculo vinctum ad quem diuerterat, arctissimè complexus. Ego inquit, puer à patre destitutus, à parentibus tuis Petre charissimè penè educatus sum, & quidquid eram eorum consilio, opera, atq; opibus debuisse me ingenuè profiteor: Et nunc ita res tulit, vt cuius vitæ initia apud parentes tuos egi, eius apud te finem mihi videam imminere, simulq; de tua, & fratrum tuorum beneuolentia securus mihi pollicior fore, vt quod ego à maioribus vestris accepi, id vos liberis meis exhibere non grauemini: cui cum ille omnia liberaliter esset pollicitus, tum quasi rebus omnibus iam compositis securus, atq; hilaris, vngite me inquit, sacro oleo, vt vegetior proficiscar quo me reuocat, qui huc me miserat, mox sacerdoti de ritu religionis vngenti, quidquid à ministro responderi solet, respondebat, ipse cum iam vnctus esset: voce tum demum defecta, manus oculosq; in cœlum tendens, aliquandiu in precantium gestu, & magnum aliquid petentium perstitit: vt illum, quãquàm vocis ministerio destitutum, animo tamen adhuc cum Deo loqui omnes intellige-

rent,

rent, Tandem verò quaſi impetraſſet, quod petebat, manibus in pectus remiſsis, ſupremum ſpiritum adeò leniter emiſit, vt obdormiſſe omnibus videretur, hic illi vitæ exitus fuit, vt qui claro loco natus honeſtè vixerat, honeſtiſsimo fine vitam clauderet; & qui honeſtarum diſciplinarum toto æuo ſtudioſiſsimus fuerat, in ea vrbe quæ præcipua ſtudiorũ mater exiſtimatur, inter ſtudioſorum hominum complexus ad vitæ metas perueniret. Neq; verò vita ſolum, atq; obitus, ſed & ea quę poſteà ſecuta ſunt, ſi rectè conſideremus, viri excellentiam facile poſſunt indicare: Quale enim, quantumq; exiſtimari debet, quod ad mortis illius nuntium, adeò conſternata eſt vniuerſa ciuitas, vt non tam ciuem, quàm parentem amiſiſſe videretur? Quid? quod ex ipſa vſq; Aemilia extinctum referri ad ſe voluit; et mutata veſte obuiam mortuo ad aliquot millia paſſuum ita proceſsit, vt ex tanta illa multitudine nemo eſſet, qui non aut ſuſpiriis ſubinde pectus quateret, aut vberibus lachrymis ora perfunderet, ad funus autem tanta vtriuſq; ſexus, & omnium ordinum, atque ætatum multitudo, confluxit: vt hæc ipſa baſilica, in qua ſitus eſt, & quàmquàm ſatis ampla, vix ipſam ſacerdotum, ac nobilium hominum frequentiã capere potuerit, Tum quaſi illa ſatis non eſſent; ſeptendiali celebritate ad laudes illius vel audiendas, vel legendas nihilominor conuenit numerus, nèc quiſquàm tota vrbe, aut agro noſtro Paulo eruditior inuentus eſt. qui vel Hetruſcis numeris, vel latinis verſibus illius virtutes celebrare non tentauerit; & nunc triceſsimo iam ab eo, quo ſepultus eſt, die, tantus tamen hominum concurſus eſt, quantus vix vnquàm anteà, tantus in vultu omnium mœror, vt hodie demum obiiſſe videatur. Quid dicam, quòd me tandiu de illo loquentem tanto ſilentio, & intentione vniuerſa concio audiuit, quanta nunquàm aliàs audiri quemquàm memini? & facile intelligo hunc honorem non tam mihi, quàm materiæ, & Pauli virtutibus tributum eſſe, ſentio enim quàm omnia iuſto minora dixerim: atq; vt planè ſcio,

nè ſcio, ita ingenuè fateor mihi neq; materiam, neque voluntatem, ſed ſolam dicendi facultatẽ defuiſſe: Quamobrem ignoſce oro, ignoſce ò Paule, cui omnia debui; nihil exolui, Tu me olim, quum pauca admodum eſſent, quę laudare iure poſſes, eloquentia tua ita extuliſti, vt clariſsima hæc ciuitas tantis illis laudibus non indignum exiſtimarit. & te hortante publico ad inſtituendam vrbanam iuuentutem ſtipendio conduxerit. Ego cum beata rerum abs te præclarè geſtarum copia ſupereſſet; ne numerare quidem, aut indicare ſaltem illas potui, quæ per ſe futura erat ſatis plena laus, ſed ignoſcis, ſcio, ignoſcis, atque vt eras humaniſsimus, animi mei affectum ita diligis, vt orationis effectum non metiaris: cumq; iam felix, & beatus omnibus humanis laudibus ſuperiorem te intelligas pietati in te meæ ingenii culpam facile remittis: ac ſi rerum natura lucis vſum tibi concederet, quæ tua modeſtia fuit, hæc ipſa quamquàm ieiune, & conciſè indicata nimis fuiſſe multa diceres, Itaq; & verecundiæ tuæ, & imbecillitati meæ obſecutus, ita nunc de te dicendi finem faciam, vt toto hoc vitæ tempore quodcunq; mihi ſupereſſe Deus immortalis noluerit, vel oblata, vel quæſita occaſionem dulciſsimam nominis tui memoriam, quantum vires tulerint, apud omnes prorogem: Vos autem boni patris boni filii nihil eſt quod conſolari mea oratione tentem: conſolabitur non tempus modo, quo paulatim aſpera omnia, ac dura leniuntur: ſed illud in primis, quod ei qui tam honeſtè, ac piè vixerit, qui mortem tam religioſa conſtantia exceperit, ex tam periculoſa iſta rerum omnium tempeſtate, ex tantis iſtis huius vitę tenebris in tutiſsimum illum lucis æternæ portum patuiſſe aditum nemo dubitat. Quod autem ad vos attinet, nihil eſt quod vos orbo exiſtimetis, quam diu durabit hæc ciuitas, orbi eſſe non poteſtis, quot illa bonos ciues habuerit, tot parentes habebitis. Hi vos quanta ope fieri poterit, ſubleuabunt, atq; erigent; & amorem, quo patrem veſtrum proſequebantur, in vos totum tranſferentes

ferentes dabunt operam, ne vlla prorsus orbitatis mala sentiatis. Vos modò, quos non paternarũ solum rerum, sed amicitiarum etiam hæredes fieri decet; annitimini, quẽadmodum iam cœpistis, vt tot ac tantorum virorum amicitia digni ab omnibus meritò iudicemini. atq; existimate in vestris manibus positum esse, integra ne, an diminuta ad vos perueniat paterna hęreditas: cuius longe maior pars in amicis quàm in prædiis reposita est. Quòd si, vt estis omnes bona indole, bono ingenio, prędit, vos rectè dociles, & bene consulentibus obsequentes præbueritis: nihil dubito, quin et vestra subnixi industria, & amicorum studio, atq; ope adiuti, vos tanto patre, tanta agnatione, tot affinitatibus, tot magnorum virorum amicitiis dignos probetis, & paternæ atq; auitæ laudis æmuli domui præclarum aliquod decus, patriæ peculiare adiumentum afferatis: atq; ita fiat, vt quod nunc in patre amisisse nos dolemus: id filiis instauratum propediem gaudeamus. Dixi.

F I N I S.



